Mythologia, Padoue, 1616 - 73 : Cérès sur un char tiré par deux dragons

3 médaillons

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série B - 1581. Pierre Eskrich, Images des dieux (Lyon)

Images, Lyon, 1581 - 33 : Cérès arcadienne à tête de cheval ; Cérès sicilienne sur un char tiré par deux dragons *a pour adaptation ce document*

Collection Série A - 1571. Giuseppe Porta et Bolognino Zaltieri, Imagini degli dei (Venise)

Imagini, Venise, 1571 - 33 : Cérès sur un char tiré par deux dragons ; Cérès arcadienne à tête de cheval *a pour adaptation ce document*

Collection Série B - 1612. Pierre Eskrich, Mythologie (Lyon)

Mythologie, Lyon, 1612 - 54 : Cérès arcadienne à tête de cheval ; Cérès sicilienne sur un char tiré par deux dragons *a pour alternative ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Présentation du document

Publication*Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrumpaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616
ExemplaireHathiTrust : Getty Research Institute - https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830
Formatin-4
Paginationp. 278
Exposition virtuelleLa "Mythologie" et ses gravures
Notice créée par Maria Laura Cucciniello Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 11/04/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7792?context=pdf



Fuerunt enim qui non à Saturni falce ſed ab illa quam Ceres à Vulcano expediuit, vt Titanes metere doceret, vocatum Drepanum putarint: vel qua ipſa meteret, vt ait Iſacius. Fuit autem Siciliæ ciuitas Drepanum non procul ab Eryce monte: atque tota Sicilia fuit Cereri conſecrata ſicuti ſcripſit actione ſexta in C. Verrem Cicero in his: Vetus eſt hæc opinio, Iudices, quæ conſtat ex antiquiſſimis Græcorum literis, atque monimentis, inſulam Siciliam totam eſſe Cereri & Liberæ conſecratã, Huius filia idcirco in Sicilia rapta fuit à Plutone & ad inferos delata, vt diximus, quæ prorſus recuperari non potuit, quoniam apud inferos mali Punici grana guſtaſſet, Celebrabantur Theſmophoria in honorem Cereris, quæ à Triptolemo primum pro accepto ſerendi munere ac frugib. in Eleuſio oppido fuerunt inſtituta.



Nam fama eſt Cererem cum per orbem terrarum filiam quærens vagaretur perueniſſe ad oppidum, & ad oppidi euſdem principem nomine Eleuſium, cuius vxor Hyona, vt ait Lactantius, Triptolemum pepererat: cui nutricem quærenti Ceres vltro ſe obtulit, puerumque diuino lacte nutritum noctu clam ſub igne occultabat. Is cum egregiè nutriretur per noctem, pater obſeruans quo pacto id fieret, re viſa exclamauit: quare irata Ceres Eleuſium exanimauit, ac Triptolemo currum a draconibus tractum dedit, vt vniuerſos mortales ſationem frugum doceret: ſicuti teſtatur Callimachus in hymno in Cererem. Alij fabulantur Celeum à Cerere per quoddam tempus educatum fuiſſe tanquam filium: quem cum Dea vellet facere immortalem, aſſiduè ſub igne tegere ſolebat. verũ cum id diutius feciſſet, a quodam conſpecta id facere deſtitit: neque immortalem reddere curauit, ſed illum frumenti ſationem docuit, vt ait Nicandri enarrator. Ali Triptolemi patrem Celeum fuiſſe memorarunt dixeruntque & patrem & filium ſationem edoctos à Cerere fuiſſe. Alii Triptolemum Oceani & Terræ aiunt fuiſſe filium, vt teſtatus eſt Muſæus quem tamen Orpheus cum Ebuleo fratre Dyſaulis filium fuiſſe credidit. Alij Cereyonem & Triptolemum fratres fuiſſe memoriæ prodiderunt. Alij dicunt Eumelum accepiſſe frugum ſationem è Triptolemo, ac Patras detuliſſe vna cum ratione condendarum vrbium, qui primum Aream ab ipſa aratione Patras vrbem nuncuparit. His addiderunt quidam Antheam Eumeli filium auſum fuiſſe dracones currui Triptolemi volucres adiungere, qui ab ijs excuſſus diem ſuum obijt, vt ait Pauſanias & Euanthes

In hi-

Digitized by INTERNET ARCHIVE

Original from THE GETTY RESEARCH INSTITUTE

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7792?context=pdf